capitale absque eius nutu faciat· tamen modo
quia valde ille benivolentissimus formidat·
ne nos moriens orphanos relinquat·
Est enim ille magne spei vir que destinat·
Illo quoque conveniente Otto puer· Que tamen
mi nepos meus in quot miserit monstrate·
At pater illi notkerum involutimus ut ordo
eius erat statim produxerat· Et puer iam au
rem filio· Modo ait quos viros discretos
inter illos video quid dicere velint
probare volo· Et ekkehardus audiens· Aliud ait
domine mi curato· absque censo enim illos
non invenies· Et ille· Iste ne est quem
etate vobis quasi filium eligere mi promittis
In maturitate vestram· et pene omnibus vobis
sparsa canicie· abbatem vestrum inter tot
canutos qui sibi possit subrogari inve
nire non potuisse· Et rupertus quem dixi
subdecanus· Errasti domine mi rex ait et
oppido erras· Inter tot utique marias
optimam partem dudum eligentes mar
tham nec unam quidem que sollicita sit·
et circa frequens ministerium satagere
velit nepos tuus invenire poterit· Ideo
que talibus relictis ad minorem etatem
descendit· et optimam in crede· si eam dig
neris invenit· Alber puer· Ut video tu
ipse dignior illo ¶ Interea puer ad cal
ciandum in caminatam ivit· Illis aut ut
se expectent iussis· ambo ottones rege
comitantes· regina accita ne tales vi
ros diu detineret rogant· At ille indu
biose esse ait quid faceret· neque illum adeo
placere quem attulerant· Regulam aut
quo in loco illo numquam stabilire potuerit·
regularem eis aliquem ponere velle
si suadeant ait· Et continuo filius sandra
tum eum velle et ekkehardus senserant· Ekkehardus
aut ad pedes procidens tacitus surrexit·
Et puer· quid petis ait· Ennuo etiam si tibi
met abbatiam illam dari vis absque regu
lari aliquo comite ab ottone non ibis
Ennuo ille ait· Ea causa sancti me domini pedes
vestros hodie non perii nec petam· Longe
aliud est quod vestra quidem omnium trium vite
domini et domina lacrimascere etiam potero
quod cogitavi et cogito· Ubi est veritatis
semper inconvulsa firmitas· etiam apud eth
nicos regum· Duo enim privilegia a karolo
sancto gallo usque vos data· vestrum aut fam
ulis vestris fratribus semper potissimum· magnus nepos
vester abbas· ekkehardus vester et notkerus tum certis

spiritus sancti viris adeo confisi sunt et confidunt·
ut neminem alium preter quem vobis certissi
mi viri miserat expectent abbatem· Ott
ones tandem rex et dux surgentes· regi
na quoque supplice privilegii memores fore
rogant· At ille silens secumque deliberans·
tandemque quasi invitus acciri homines iubet·
Quibus coram stantibus· propter allatum ait
ille vestrum· tunicam qualem benedictus quidem
numquam induit decorum· non statim vos viri
dei osculatus sum· Osculamini eum· Cumque eum
pueri invenirent· ille vitato eo ceteros
osculatus est· Hora osculi eius adhuc inquit
forte erit· Cumque plura de statu monasterii
cum eis disceptasset· et de moribus eorum et
vita quesivit si adesset qui dixisse fertur·
Si calceus dividitur· nemo calceat· Risuque
suis moto· Ecce iterum ruodmannum ekkehardus
ait sentimus· Quo audito· Tu dixisti rex
ait· Tandemque fercula recepta· abbate co
ram se ut moris est electo· condicto quidem
tali eam notkero dedit· ut vivo abbate
suo sic ipse vellet illum curaret· nichilque
capitale absque eius nutu et ekkehardi notkeri
que consilio ageret· Et continuo meus tandem
eris ait· Manibusque receptum osculatus est·
Moxque ille evangelio allato fidem
iuravit· Dimissoque eo in ecclesiam ad te deum
laudamus· Milites galli qui aderant
rex ipse coram se accitos iurare iussit· Tan
demque surgens in parte illum cum patribus
sumpsit· Salutemque nepoti mandans et
gratiam· Regulemque eos tenore habere qui
prospiciat eis in proximo missurum· Que
quo gratatissime possent edixit· ut re
ceptum tractaret· Et revera scirent si
sibi boni quid talis ille rediturus foret
in nullo se erarrio suo parcere velle· quin
eis inquibuscumque possit accomodavit· Tan
demque eis missione data si quid ab y
conomis suis victualium exigere velint
abunde dare iussit ¶ Veniens domum
notkerus gratanter ab omnibus susceptus·
burkhardique manu in sedem potentie
locatus colloquium in capituli domo facere
basilicam egreditur· Ibique in sancti benedicti
vicem ab omnibus electus· qualem se mox et semper
quo advixit exhibuerit· partim viro
narrare· partim vix credendum est· Hilari
tas enim eius quam ei quodam ingenita modo
quasi naturalis inerat· et ut nunc temporis est
deliciis ascribatur partim dicenda non est·

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 207v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/de/vad/0070/207v)